

# THEODORI

SANCTISSIMI AC DOCTISSIMI ARCHIEPISCOPI CANTUARIENSIS

## POENITENTIALE <sup>a</sup>.

### CAPUT PRIMUM.

*De ecclesia, vel de iis quæ intus geruntur.*

<sup>b</sup> In ecclesia ubi mortuorum cadavera infidelium sepeliuntur, sacrificare [*Al.*, sanctificare] non licet: sed si apta videtur ad consecrandum, inde evulsa, et rasis vel lotis lignis ejus reedificetur. Si hæc consecrata prius fuit, missas in ea celebrare licet, si religiosi ibi sepulti sunt. <sup>c</sup> Si vero paganus, sic mundare, et jactare foras melius est. Gradus non debemus facere ante altare, ubi <sup>d</sup> reliquiæ sanctorum venerandæ sunt. Si potest [*Al. add. fieri*], candela ardeat ibi per singulas noctes; si autem paupertas loci non sinit, non nocet eis. <sup>e</sup> Incensum Domini incendatur in natali sanctorum pro reverentia diei, quia ipsi sicut lilia dederunt odorem suavitatis, et asperserunt Ecclesiam Domini, sicut incenso aspergitur primitus juxta altare [*Al.*, incensum aspergit ecclesiam]. <sup>f</sup> Laicus non debet in ecclesiis lectionem recitare, nec Alleluia dicere: sed psalmos tantum, aut responsoria sine Alleluia. Aquam benedictam aspergant, quoties voluerint, qui habitant in eis. <sup>g</sup> Et quando quis consecrat aquam, primum orationem faciat.

### CAPUT II

*De tribus gradibus Ecclesie principalibus*

Episcopo <sup>h</sup> licet in campo confirmare, si necesse sit; similiter et presbytero agere, si diaconus vel presbyter ipse [*Al. add. vel*] calicem et oblationem manibus tenuerit. <sup>i</sup> Episcopus non debet abbatem cogere ad synodum ire, nisi etiam aliqua rationalis causa sit. Episcopus dispenset causas pauperum usque ad quinquaginta solidos: rex vero, si plus est.

<sup>j</sup> Episcopus et abbas hominem scelerati [*Al. sceleratum*] servum possunt habere, si pretium redimendi non habet. Episcopo licet votum solvere, si

<sup>k</sup> Vide observationes et notas fusiores ad calcem voluminis.

<sup>l</sup> Theod. cap. 68, ex tom. IX Spicileg. R. et cl. D. Lucæ Acherii; Caroli Magni Capit. lib. v, c. 49; Burch. l. III, c. 38; Ivo p. III, c. 43; Grat. de Consecratione, dist. 1, c. *Ecclesiam*, ex concilio Agripinensi.

<sup>m</sup> Burch. lib. III, cap. 13; Ivo p. III, c. 15, de Consecrat., dist. 1, c. 27, ex concilio Aurelianiensi, c. 3.

<sup>n</sup> Hic incipit capit. 25 in capp. Theodori editis tom. IX Spicileg.

<sup>o</sup> *Al.* in cap. Theod. 27.

<sup>p</sup> C. M. Capit. l. v, c. 49; cap. 136 Heraldii Turonensis; Burch. lib. VIII, c. 87; Ivo p. VII, c. 109, ex concilio Moguntino, c. 9 et 18.

<sup>q</sup> Conc. Nannet. c. 4; Regin. lib. I de Eccl. Discip., cap. 105; Burch. lib. XVIII in argumento.

<sup>r</sup> Burch. l. IV, c. 68, ex conc. Rhemensis, c. 10.

<sup>s</sup> vult. <sup>t</sup> Presbytero soli liceat missas facere, et populum benedicere in parasceve, et crucem sanctificare.

<sup>u</sup> Presbyter decimas dare non cogitur. <sup>v</sup> Presbytero non licet peccatum episcopi prodere, quia super eum est. <sup>w</sup> Sacrificium non est accipiendum de manu sacerdotis, qui oblationes vel lectiones secundum ritum implere non potest. Presbyter si responsoria cantat in missa, vel quæcumque <sup>x</sup> cappam suam non tollat, sed evangelium legens super humeros ponat. Presbyter fornicans, si postquam compertum fuerit, baptizaverit, iterum baptizentur illi quos baptizavit. <sup>y</sup> Si quis presbyter ordinatus apprehendit se non esse baptizatum, baptizetur et ordinetur iterum, et omnes quos prius baptizavit. <sup>z</sup> Diacones cum Gracis non frangant panem sanctum, nec collectionem dicant, vel Dominus vobiscum, vel completam. <sup>aa</sup> Non licet diacono, laico poenitentiam dare; sed episcopi aut presbyteri dare debent. Diaconi possunt baptizare, et cibum et potum benedicere, non panem dare. Similiter monachi et clerici possunt benedicere cibum.

### CAPUT III.

*De ordinatione diversorum.*

<sup>ab</sup> In ordinatione episcopi debet missa cantari ab ipso episcopo ordinante. In ordinatione presbyteri sive diaconi oportet episcopum missas celebrare, sicut Graci solent in electione abbatis agere vel abbatissæ. In monachi vero ordinatione abbas debet missas agere, et tres orationes super caput ejus complere: et septem dies velet caput suum cuculla sua, et septima die abbas tollat velamen suum. Sicut in baptismo presbyter solet infantibus auferre, ita et abbas debet monacho, quia secundum baptismum est juxta judicium Patrum, in quo omnia peccata dimittuntur. Presbyter potest abbatissam consecrare cum missæ celebratione. <sup>ac</sup> In abbatis vero ordinatione

<sup>ad</sup> Burch. l. VIII, c. 73, ex conc. Turonensi, c. 2.

<sup>ae</sup> Conc. Aurel. III, c. 15; Aurel. IV, c. 30.

<sup>af</sup> Theodor. cap. 49. t. IX Spicil.

<sup>ag</sup> Cap. 24.

<sup>ah</sup> Cap. 120. C. M. Capit. l. v, c. 51.

<sup>ai</sup> Ivo p. II, cap. 44, ex decretis Fabiani papæ, c. 10.

<sup>aj</sup> *Al.* cap. Theod. 110.

<sup>ak</sup> C. M. Capit. l. VI, c. 93; Burch. l. IV, c. 100, ex dictis S. Isidori episcopi; Ivo p. I, c. 268, ex conc. apud Compendium, cap. 5.

<sup>al</sup> Theod. cap. 5. t. IX Spicileg.

<sup>am</sup> Theod. cap. 43; Regino l. I de Eccles. Discip., c. 295, ex Poenit. Romano; Burch. lib. XIX, c. 110.

<sup>an</sup> Theod. cap. 1, tom. IX Spicileg.; Burchard. l. I, c. 225; Ivo p. V, c. 338, ex dictis Theodori arch.

<sup>ao</sup> Theod. cap. 3, t. IX Spicileg.; Ordo Roman. ex Theodoro, tit. *Ordinatio abbatissæ*.

episcopus debet missam agere, et eum benedicere A  
inclinato capite, cum duobus vel tribus testibus de  
fratribus suis, et donet ei baculum et pedules. San-  
cte moniales vero basilicas sibi commissas semper  
debent consecrare. Græci simul benedicunt viduam,  
et virginem, et utramque semper habent consecrare.  
Abbatem eligunt. Romani non velant viduam. <sup>a</sup> Se-  
cundum Græcos presbytero licet virginem sacro  
velamine consecrare, et reconciliare pœnitentem, et  
facere oleum exorcizatum, et infirmis chrisma, si  
necesse est. Secundum Romanos non licet, nisi epi-  
scopo soli.

## CAPUT IV.

*De baptismatis confirmatione.*

In baptismo dimittuntur non conjunctiones ma-  
lierum, quia filii qui ante baptismum, sic et poste-  
riorum sunt. Si vero non putatur esse uxor, [Al.  
add. ergo], nec filii ante generati pro filiis habentur,  
nec inter se fratres vocare, vel hæreditatis consortes  
feri possunt. Si quis gentilis eleemosynam fecerit,  
[Al. add. et abstinentiam haberet, etc.] et alia bona,  
quæ enumerare non possumus, nunquid ea in bap-  
tismo perdidit? Non bonum aliquid perdit, sed  
malum abluit. Hoc <sup>b</sup> Innocentius papa de catechu-  
meno gesta pro exemplo ponens affirmavit. <sup>c</sup> Gre-  
gorius Nazianzenus dicit secundum baptismum esse  
lacrymarum. Nullum perfectum credimus in bap-  
tismo. Confirmationem episcopi non disputamus;  
<sup>d</sup> tamen in Nicæna synodo fuit chrisma constitutum.  
<sup>e</sup> Pannos chrimatos iterum super alium baptizatum  
imponi non est absurdum. <sup>f</sup> In catechumenæ et bap-  
tismate et confirmatione unus potest esse pater, si  
necesse sit: non est tamen consuetudo. Per singula  
singuli suscipiunt. <sup>g</sup> Non licet alium suscipere, qui  
non est baptizatus. Viro autem licet feminam susci-  
pere in baptismo, similiter et feminæ virum susci-  
pere. <sup>h</sup> Non licet baptizatis cum catechumenis man-  
ducare [Al. add., neque osculum eis dare], quanto  
magis gentilibus.

## CAPUT V.

*De missa defunctorum et mortuorum.*

<sup>1</sup> Secundum Romanam Ecclesiam mos est mona-  
chos vel religiosos defunctos in ecclesiam portare, et  
cum chrismate ungere pectora, ibique pro eis missas  
celebrare; deinde cum cantatione portare ad sepul-  
D

turas: et cum positi fuerint in sepulcris, funditur  
pro eis oratio. Denique humo vel petra operiuntur.  
Prima et tertia et nona, nec non trigesima die pro  
eis missa agatur. Exinde post annum, si voluerint,  
servetur. <sup>i</sup> Missæ vero sæcularium mortuorum tres  
in anno, tertia die, et nona, et trigesima; quia sur-  
rexit Dominus tertia die, et nona hora spiritum  
emisit, et triginta diebus Moysem planxerunt filii  
Israel. In missa quoque monachorum per singulas  
septimanas nomina recitare mos est. Pro defuncto  
monacho missa agatur die sepulture ejus, et tertia  
die: postea, quantum voluerit abbas: pro laico  
homo tertia die vel septima; [Al. add., post jejunium:  
pro pœnitente trigesima die] et propinquos ejus oportet  
jejunare septem diebus, et oblationem offerre ad  
altare, sicut in Jesu filii Sirach legitur: *et pro Saul  
filii Israel jejunaverunt*, postea, quandiu voluerint  
presbyteri. <sup>k</sup> Multi dicunt non licere pro infantibus  
missas facere ante septem annos. Sed licet <sup>l</sup> Diony-  
sius Areopagita dicat blasphemiam Deo facere, qui  
missas offert pro malo homine: <sup>m</sup> Augustinus tamen  
dicit pro omnibus Christianis hoc esse faciendum,  
quod hoc vel eis proficit aut offerentibus, aut peten-  
tibus. Et non est licitum missas celebrare presbyte-  
ro, vel diacono, cui non licet, vel qui non vult com-  
munionem accipere.

## CAPUT VI.

*De abbatibus, et monachis, vel monasteriis.*

<sup>n</sup> Abbas potest pro humilitate cum permissione epi-  
scopi locum suum derelinquere; tamen fratres  
eligant sibi abbatem de ipsis, si habent; siu autem,  
de extraneis. <sup>o</sup> Nec episcopus debet violenter retine-  
re abbatem in loco suo. Congregatio debet sibi eli-  
gere abbatem post ejus mortem, aut eo vivente, si  
discesserit vel peccaverit. Ipse non potest aliquem  
ordinare de suis propinquis, neque alienis, nec alium  
abbatem dare sine voluntate fratrum. <sup>p</sup> Si vero pec-  
caverit abbas, episcopo non licet tollere possessionem  
monasterii, quamvis peccaverit abbas: sed  
mittat eum in aliud monasterium in potestate alterius  
abbatis. Non licet abbati, neque episcopo ter-  
ram ecclesiæ convertere ad aliam, quamvis ambæ  
in potestate ejus sint. <sup>q</sup> Si mutare vult terram eccle-  
siæ, faciat cum consilio episcopi, et fratrum suorum

<sup>a</sup> Theod. capit. 20, t. IX Spicileg.  
<sup>b</sup> Innocent. papa I in epist. 2, cap. 6; epist. 4,  
cap. 2; epist. 22, cap. 2; ep. 23, cap. 6.  
<sup>c</sup> Greg. Naz. in orat. 39.  
<sup>d</sup> Theod. cap. 4.  
<sup>e</sup> Burch. l. iv, cap. 94, ex concil. Beluac., c. 8.  
<sup>f</sup> Burch. l. iv, c. 26, ex concil. Mogunt., c. 2;  
Ivo p. 1, c. 218, ex decretis Hygini papæ, cap. 10,  
de consecrat., dist. 4, in catechismo.  
<sup>g</sup> Burch. l. iv, c. 26, ex conc. Mogunt., c. 2;  
Ivo p. 1, c. 220, de Consecrat., dist. 4, c. in bap-  
tismo.  
<sup>h</sup> Theod. cap. 86, t. IX Spicileg.; C. M. Capitul.  
l. vi, c. 92; Burch. l. iv, c. 95.  
<sup>i</sup> Theod. cap. 90, t. IX Spicileg.  
<sup>j</sup> Cap. 19 Theod., t. IX Spicileg.  
<sup>k</sup> Theod. cap. 69, t. IX Spicileg.

<sup>l</sup> Hierarch. Eccles. cap. 7; Theod. cap. 56, t. IX  
Spicileg.; resp. 3 Greg. III, ep. 4, ad Bonifacium;  
Burch. l. iii, c. 65; Ivo p. iii, c. 67, ex dictis Dio-  
nysii Areopagite.

<sup>m</sup> S. Aug. Enchirid. cap. 10, et lib. de cura pro  
mortuis gerenda, cap. 4; Amalarius lib. iv, c. 42;  
de consecratione dist. 4, visum, ex conc. Cabi-  
lon. ii, c. 59.

<sup>n</sup> Burch. l. viii, c. 86, ex conc. Mogunt., cap. 18.  
<sup>o</sup> Theod. cap. 46, t. IX Spicileg. V. Pœnit. cum  
cap. collatum.

<sup>p</sup> V. epist. Agathonis pp. ad Ethelredum regem  
Merciorum et Theodorum arch. Cap. Theod. 47,  
t. IX Spicileg.; Burch. l. viii, c. 87, ex conc. Mo-  
gunt., c. 10.

<sup>q</sup> Theod. cap. 48. V. Pœnit. cum capp. Theod. in  
Spicil. ed. collatum; Burch. l. iii, c. 28.

[*Al.*, cum consensu amborum], [*Al. add.*, si quis vult **A** monasterium suum in alium locum ponere] et dimittat in priorem locum presbyterum ad ministeria ecclesie. Non licet viris feminas habere monachas, neque feminis viros, tamen non destruamus illud, quod consuetudo est in hac terra. \* Monacho non licet votum vovere sine consensu abbatis: Sin minus, frangendum est. Abbas si habuerit monachum, quem elegit [*Al. add.*, dignum debet dare, si necesse est. Puero non licet etiam nubere, prolato ante monachi voto. Si quis monachus, quem elegerit, etc.] congregatio, ut ordinet eum in gradu presbyterii, non debet dimittere priorem conversationem suam. Si autem postea inventus fuerit ut superbus, vel otiosus [*Al.*, vitiosus], et in meliori gradu priorem vitam quaerat; deponatur: et in ultimum locum constitutus satisfactione emendet. In potestate et libertate monasterii est susceptio infirmorum in monasterio. In libertate quoque monasterii est <sup>b</sup> lavandi pedes laicorum; nisi in caena Domini non coguntur. \* Nec libertas monasterii est poenitentiam saecularibus <sup>d</sup> iudicare, quia proprie clericorum est.

## CAPUT VII.

*De ri u mulierum in ecclesia, vel monasterio.*

\* Mulieres non velent altare de corporali: nec oblationes super altare, neque calicem ponant: neque stent inter ordinatos in ecclesia: neque in convivio sedent inter sacerdotes. Mulieri non est licitum alicui poenitentiam dare, quia in canone nulli licitum est, nisi solis sacerdotibus. Mulieres possunt sub nigro velamine [*Al. add.* ut Basilius iudicavit] sacrificium accipere.

<sup>f</sup> Mulier potest oblationes facere secundum Graecos, non secundum Romanos.

## CAPUT VIII.

*De moribus Graecorum et Romanorum.*

In Dominica Graeci et Romani non navigant, nec equitant: non panem faciunt, neque in curru pergunt, nisi ad ecclesiam tantum: nec balneant se. Graeci non scribunt publice; tamen pro necessitate seorsum in domo scribunt. Graeci et Romani dant servis suis vestimenta, <sup>g</sup> et laborant sive Dominico die. Graecorum monachi servos non habent: Monachi Romanorum habent. In illa die ante natale Domini hora nona expleta missa, id est vigilia Domini manducant Romani: Graeci vero dicta vespere missa <sup>b</sup> crenant. De peste mortalitatis Graeci et Romani di-

\* Burch. l. viii, c. 42; Ivo p. vii, c. 32, causa 20, q. 4, ex dictis Basili, *Monacho*.

<sup>b</sup> Theod. cap. 38, t. IX Spicileg.

<sup>c</sup> Conc. Tolet. xvii, c. 3; Conventus Aquisgranensis sub Ludovico IV, c. 25.

<sup>d</sup> V. Theod. cap. 43, t. IX Spicileg.

<sup>e</sup> Burch. l. viii, c. 84, ex conc. Rhemensi, praesente Ludovico imper., cap. 5.

<sup>f</sup> Theod. cap. 23, t. IX Spicileg.

<sup>g</sup> Cap. 8, t. IX Spicileg.; lib. i Capitul., c. 81; Regin. l. i de Eccl. Disciplin., c. 372, ex Capp. Caroli Magni; Burch. lib. ii, cap. 82.

<sup>h</sup> Theod. cap. 23, t. IX Spicileg.

<sup>i</sup> *Al.* in cap. Theod. 29.

<sup>j</sup> V. Bed. in notis et capitula selecta canonum

cunt, ipsos infirmos visitari debere [*Al. add.* et caeteros infirmos], sicut Dominus praecipit (*Matth.* xiv, 45). Graeci carnes morticinorum non dant porcis; pelles tamen ad calceamenta, et lanam, et cornua accipere licet non ad aliquod sanctum [*Al.*, vel coria et calceamenta licent, et lana et cornua accipi, non in aliquo sancto]. Lavacrum capitis [*Al. add.* Potest esse] in Dominica, et in <sup>i</sup> lixivia pedes lavare licet: sed consuetudo Romanorum non est haec lavatio pedum.

## CAPUT IX.

*De communicatione Scotorum et Britonum, qui in Pascha et tonsura catholicae non sunt* [*Al.*, catholici non sunt] *adunati Ecclesiae.*

<sup>i</sup> Qui ordinati sunt Scotorum vel Britonum episcopi qui in Pascha vel tonsura catholicae non sunt adunati Ecclesiae, iterum a catholico episcopo manus impositione confirmantur. [*Al. add.* Similiter et ecclesiae quae ab ipsis episcopis ordinantur, aqua exercitata aspergantur, et aliqua collectione confirmantur.] Licentiam quoque non habemus eis poscentibus chrisma vel eucharistiam dare, nisi ante confessi fuerint velle nobiscum esse in unitate Ecclesiae. Et qui ex eorum similiter gente, vel quicumque de baptismo suo dubitaverit, baptizetur.

## CAPUT X.

*De vexatis a diabolo, et de iis qui se occidunt.*

Si homo vexatus est a diabolo, et nescit aliquid nisi ubique discurrere, et occidit semetipsum quacunque causa, <sup>k</sup> prodest ut oreur pro eo, si ante religiosus erat: si pro desperatione, aut pro timore aliquo, aut pro causis ignotis, Deo relinquamus hoc iudicium, et non ausi sumus orare pro illo. Qui se occiderit propria voluntate, <sup>l</sup> missas pro eo facere non licet, sed tantum orare et elemosynas largiri. <sup>m</sup> Si quis subita tentatione mente sua exciderit, vel per insaniam seipsum occiderit, quidam pro eo missas faciunt.

## CAPUT XI.

*De quaestionibus conjugiorum.*

<sup>n</sup> Qui in matrimonio sunt, tres noctes abstineant se a communione, antequam communicent. Vir abstineat se ab uxore sua quadraginta dies ante pascha, et usque in octavas Paschae: inde ait Apostolus, *ut vacetis orationi* (*I Cor.* vii, 5).

<sup>o</sup> Mulier tribus mensibus abstineat se a viro suo quae concepit, ante partum et post tempus purgationis, hoc est quadraginta diebus et noctibus, <sup>p</sup> sive

Hibernensium ex lib. i collect., cap. 6, a R. et cl. D. Luca Acherio edit. in Spicileg. tom. IX.

<sup>k</sup> Halitgar. l. iv, c. 6; Raban. Poenitent. l. iii, cap. 6; Regino l. ii de Eccl. Disciplin., c. 92, ex conc. Brach., c. 15; v. c. Brach. i, c. 16; Burch. lib. xix, c. 130; l. vii, c. 384.

<sup>l</sup> Rab. Poenit. l. iii, cap. 6.

<sup>m</sup> Theod. cap. 64, t. IX Spicileg.

<sup>n</sup> Beda de Remediis peccatorum cap. 10; Regino l. i. c. 328, 329; Burch. l. v, c. 22, ex conc. Eliber., c. 5.

<sup>o</sup> Poenitent. Egberti Eborac. arch.

<sup>p</sup> Burch. l. xix c. 141, ex Theodoro; Ivo p. xv, c. 150, 151.

masculum et feminam genuerit. Mulieri quoque licet per omnia ante communicare, quando debet parere. <sup>a</sup> Si cujus uxor fornicata fuerit, licet dimittere eam et aliam accipere; hoc est, si vir dimiserit uxorem suam propter fornicationem, si prima fuerit uxor, licitum est ut aliam accipiat uxorem: illa vero si voluerit poenitere sua peccata post duos annos, alium accipiat virum. <sup>b</sup> Mulieri non licet virum dimittere, licet sit fornicator [*Al. add.* nisi forte pro monasterio]. Basilius hoc iudicavit. Legitimum conjugium non licet separare sine consensu amborum, <sup>c</sup> potest tamen alter alteri licentiam dare accedere ad servitutem Dei in monasterio, <sup>d</sup> et sibi nubere, si in primo conjugio erat secundum Græcos; et tamen non est canonicum: sin tamen in secundo erat, non licet tertio <sup>e</sup> vivente viro vel uxore. Maritus si ipse seipsum in furto aut fornicatione servum facit, vel quocunque peccato, mulier si prius non habuit conjugium, habet potestatem post annum alterum accipere virum. Diaconi autem relictae non licet [*Al.*, Bigamo autem non licet]. Muliere mortua, licet viro <sup>f</sup> post mensem alteram accipere: mortuo viro post annum licet mulieri alterum tollere virum. Mulier si ad altera est, et vir ejus non vult habitare cum ea, si vult illa monasterium intrare, quartam partem suæ hæreditatis obtineat: si non vult, nihil habeat. Quæcunque mulier adulterium perpetraverit, in potestate viri est, si velit reconciliari mulieri adulteræ. Si reconciliata in clero, non proficit vindicta illius, ad proprium virum pertinet. Vir et mulier in matrimonio si ille voluerit et illa noluerit, vel ille infirmatus <sup>g</sup> seu illa infirmata; tamen omnino cum consensu amborum separantur. Mulier <sup>h</sup> quæ vovit post mortem viri ejus, non accipiat alterum: et mortuo illo, prævaricatrix si accipiat alium, <sup>i</sup> iterumque nupta cum eo poenitentia mota si implere vult vota sua, in potestate viri ejus utrum impleat, an non. Ergo unam licentiam dedit <sup>j</sup> Theodorus, quæ confessa est votum post undecim annos nubere cum illo viro. Et si quis in sæculari habitu votum voverit sine consensu episcopi, <sup>k</sup> ipse episcopus habet potestatem mutare sententiam ejus si vult. Legitimum conjugium æqualiter licet in die et nocte, sicut scriptum est: *Tuus est dies, et tua est nox* (*Psal.* LXXIII.

A 10). <sup>l</sup> Si quis dimiserit gentilem uxorem post baptismum, in potestate ejus erit eam habere vel non habere: simili modo si quis eorum baptizatus erit, alter gentilis, sicut Apostolus dicit: *In fidelis autem si discedit, discedat* (*I Cor.* vii, 15). Ergo cujus uxor infidelis et gentilis, et non potest converti, demutetur [*Al.*, dimittatur]. Si mulier discesserit a viro suo despiciens eum, et nolens reverti, et reconciliari viro, post quinque annos <sup>m</sup> cum consensu episcopi aliam accipere liceat uxorem: si in captivitate per vim ducta redimi non potest, post annum alteram accipere. Item si in captivitate ductus fuerit vir ejus, quinque annos expectet: similiter autem et mulier, si talia contigerint. Si igitur alteram duxerit uxorem, <sup>n</sup> priorem de captivitate reversam accipiat, posteriorem <sup>o</sup> dimittat: similiter autem illa, sicut superius diximus, si talia contigerint, faciat. Si cujus uxorem hostis abstulerit, et ipse eam adipisci non potest, licet aliam tollere; melius est sic facere, quam fornicari. Si iterum post hæc uxor illa venerit ad eum, non debet recipi [*Al.*, *add.* ab eo], si aliam habet: sed illa tollat alium virum, si unum ante habuerit. Eadem sententia [*Al. add.*, *s:at*] de servis transmarinis. <sup>p</sup> In tertia propinquitate carnis licet nubere secundum Græcos, sicut in lege scriptum est: in quinta secundum Romanos, tamen in tertia non solvunt, si post [*Al.*, postquam] factum fuerit. Ergo in quinta generatione conjungantur. In quarta si inventi fuerint, non separantur. In tertia tamen propinquitate non licet uxorem alterius accipere post olitum ejus. <sup>q</sup> Æqualiter vir conjungitur in matrimonio his qui sibi consanguinei sunt, et uxoris suæ consanguineis post mortem uxoris. Duo quoque fratres duas sorores possint habere: <sup>r</sup> et pater filiusque, matrem et filiam. Maritus qui cum uxore sua dormierit, lavet se antequam intret in ecclesiam. <sup>s</sup> Maritus non debet uxorem suam nudam videre. Si quis nuptias habet vel matrimonia non licita, tamen licitum est escam, quam habent, manducare, quia Propheta dixit: *Domini est terra et plenitudo ejus*. <sup>t</sup> Si vir et mulier conjunxerint se in matrimonio, et postea dixerit mulier de viro suo non posse [*Al. add.*, nubere cum eo]; si quis poterit probare quod verum sit, accipiat alium virum. <sup>u</sup> Puellam desponsatam non licet pa-

<sup>a</sup> Theod. cap. 116, t. IX Spicileg.; concil. Compend. c. 8; C. M. Capitul. l. v, c. 19; concil. Triburiense tempore Formosi pape, c. 41.

<sup>b</sup> Basilius in epist. ad Amphiloichium, c. 9; concil. Comp., c. 16.

<sup>c</sup> Capitul. C. M. l. vi, c. 206.

<sup>d</sup> Theod. cap. 13, t. IX Spicil.; Excerpt. Ergberti Eborac., c. 118, ex can. African.; conc. Comp. c. 13; Regino l. ii de Eccl. Discipl., c. 107, ex dictis Hieron.

<sup>e</sup> Capitul. C. M. l. vi, c. 316.

<sup>f</sup> Excerpt. Egb. Ebor., c. 116, *Synodus dixit*.

<sup>g</sup> Theod. cap. 76, t. IX Spicileg.; Capitul. l. vi, c. 206.

<sup>h</sup> Poenit. Rom., tit. 8.

<sup>i</sup> Distinct. 24, c. Si vir.

<sup>j</sup> Theod. cap. 12, t. IX Spicileg. Vide notas.

<sup>k</sup> C. M. Capitul. l. v, c. 50.

<sup>l</sup> Theod. cap. 15, t. IX Spicileg.; Burch. l. ix, c. 59, ex decreto Eutyech. pp.

<sup>m</sup> Theod. cap. 45, t. IX Spicileg.; Eurchard. l. ix, c. 60.

<sup>n</sup> Excerpt. Egb. Ebor. c. 122, canon *Dicit*; Regino l. ii de Eccl. Discipl., c. 124; Burch. l. ix, c. 54.

<sup>o</sup> Excerpt. Egb. Ebor., c. 125, canon *Dicit*.

<sup>p</sup> Theod. cap. 84, t. IX Spicileg.; Rabanus in epist. ad Humbertum episc.; Regino l. ii de Eccl. Discipl., cap. 200, ex epistola Rabani.

<sup>q</sup> Rabanus in epist. ad Humbertum episcopum; Regino l. ii de Eccles. Discipl., cap. 200, ex ep. Rabani, causa 55, q. 3, ex Fabiano.

<sup>r</sup> Theod. cap. 75. V. Poenit. cum cap. et canen. collatum.

<sup>s</sup> Theod. cap. t. IX Spicileg.

<sup>t</sup> Conc. Vermer. c. 17; Raban. ep. ad Heribald., c. 29; Regino l. ii, c. 52, 242, ex ep. Rabani lib. vi, cap. 55; Burch. l. ix, c. 40, 41; Ivo p. viii, c. 76.

<sup>u</sup> Theod. cap. 102; l. vi, cap. 91, C. M.; Burch. l. ix, c. 40; Ivo p. vii, c. 40.

rentibus dare alii viro, nisi illa omnino resistat; tamen ad monasterium licet ire, si voluerit. Illa autem desponsata si non vult habitare cum eo viro cui est desponsata, a reddatur ei pecunia quam dedit, et tertia pars addatur; sin autem illa noluerit, perdat pecuniam quam pro illa dedit. Puella autem tredecim annorum sui corporis potestatem habet. b Puer usque ad quindecim annos sit in potestate patris sui. Tunc seipsum potest monachum facere. Puella vero sexdecim vel septemdecim annorum, in potestate parentum. Post autem hanc ætatem patri non licet filiam suam contra ejus voluntatem in matrimonium dare.

## CAPUT XII.

*De servis et ancillis.*

Pater filium necessitate coactus potestatem habet tradere in servitium septem annos; deinde sine voluntate filii licentiam tradendi non habet. Homo tredecim annorum seipsum potest facere servum. Non licet homini servo tollere pecuniam, quam ipse acquisivit. c Si servum et ancillam dominus amborum in matrimonium conjunxit, postea liberato servo vel ancilla, si non potest redimi quæ in servitio est, libero licet ingenuam conjungere. d Si quis liber ancillam in matrimonio acceperit, non habeat licentiam dimittere, si ante cum consensu amborum conjuncti sunt. Si prægnantem quis liberam comparat, e liber est ex ea generatus. Qui ancillam prægnantem mulierem liberat, quem generat est servus.

## CAPUT XIII.

*De diversis questionibus.*

f Jejunia legitima tria sunt in anno [Al., pro po-

a Capitul. C. M. l. vi, c. 25.

b Theod. capit. 86, 116, 118, t. IX Spicilleg.; conc. Tolet. x, c. 6; Excerpt. Egb. Eborac., c. 90, 91; l. 1 Capit., c. 46 et c. 115; Regin. l. II, c. 177; Burch. l. 8, c. 18.

c Theod. cap. 71, t. IX Spicilleg.; Excerpt. Egb. Ebor. c. 124, canon *Dicit.* Burch. l. IX, c. 19.

d Ex conc. Matiscensi, Capitul. l. vi, c. 94.

e Al. cap. Theod. 74, t. IX Spicil.

f Theod. cap. 1. 9, t. IX Spicilleg.; l. vi Capitul., c. 184.

pulo]; præterea quadraginta ante Natale Domini, et post Pentecosten quadraginta dies [Add., noctes]. De promissione sua laici non debent facere moram, quia mors non tardat. g Servo Dei nullatenus licet pugnare, multorum licet sit consilio servorum Dei. h Infans pro infante potest dari ad monasterium Deo, quamvis alium vovisset: tamen melius est votum implere; similiter pecora i æquali pretio possunt mutari, si necesse sit. Rex si alterius regis terram habet, potest donare pro anima sua. Inventio in via tollenda est, i si inventus fuerit possessor, reddatur ei. Tributum ecclesiæ sit sicut est consuetudo provincie, id est, ne tantum pauperes in decimis aut in aliquibus rebus vim patiantur. Decimas non est legitimum dare nisi pauperibus et peregrinis. Pro reverentia regenerationis in albis Pentecostes orandum est, in quinquagesima oratur. Oratio potest sub velamine esse, cum necessitas cogit. Qui pro homine mortuo jejunat, seipsum adjuvat. De mortuo autem Dei solius est notitia. k Infirmis licet omni hora cibum et potum sumere, quando desiderant vel possunt, si opportune possunt.

## CAPUT XIV

*De reconciliatione.*

Romani reconciliant hominem intra absidem: Græci nolunt. Reconciliatio poenitentium in cœna Domini tantum est ab episcopo, et consummata poenitentia. l Si vero episcopo difficile sit, presbytero potest necessitatis causa præbere potestatem, ut impleat. Reconciliatio in hac provincia non est, quia et publica poenitentia non est.

g Theod. cap. 59; t. IX Spicilleg.

h Cap. 42. Vide notas.

i Theod. cap. 22, t. IX Spicilleg.; Burch. l. VIII, c. 6.

j V. Aug. serm. de verbis Apost. c. 6.

k Burch. l. XVIII, c. 20; Ivo p. 15, c. 42; et cong. Mog. c. 20.

l Halitg. in præfat. Poenit. Rom.; Regino l. I de Eccl. Discipl., cap. 296, constitutiones Edmuadi arch. Cantuariensis, c. 12.

## CAPITULA THEODORI

## CAPITULUM PRIMUM.

Pœnitentia illius anni unius, qui in pane et aqua jejunandus est, isto ordine observari debet.

a Pœnitentia illius anni unius, qui in pane et aqua jejunandus est, talis esse debet in unaquaque hebdomada. Tres dies, id est feriam quintam et sabbatum, a vino, medone, mellita et cervisia, a carne et sagimine, a caseo et ovis, et ab omni pingui pisce se absteineat. Manducet autem minutos pisciculos, si habere potest. Si habere non potest, tantum unius

a Antiquus liber Pœnitent. Andegavensis, cap. *De remedio pœnitentis.*

D generis piscem, et legumina, et olera, et poma, s vult, comedat, et cervisiam bibat; et in diebus Dominicis, et in Natali Domini illos quatuor dies; et in Epiphania unum diem; et in pascha, usque ad octavum diem; et in Ascensione Domini, et Pentecostes, quatuor dies; b et in festo sancti Joannis Baptistæ, et sanctæ Mariæ, et sanctorum duodecim Apostolorum, et sancti Michaelis, et sancti Remigii, et Opnium Sanctorum, et sancti Martini, et in illius sancti festivitate, qui in illo episcopatu celebris habetur.

b Concilium Triburiense sub Formoso papa, cap. 56 - 58.